

Legrand, Bibl. Hell. XV-XVI, 3, 6. 426-428

Τραπεζοβρεσιος

Γεωργιος

duxit, ubi suos habet liberos, relinqueret? Reliqui tamen invidia nonnullocum, et quidem potentius superatus et summis incommodis pro superbia eorum afflictus: abique cum uxore et unica tunc filia, Vicentiamque conductus, legi annos ferme duos: inde quoque conspiratione aliquorum abire coactus, Venetias petii, duodecim circiter ibi annos vixi, aequitate cedo iusticiaque illocum hominum diutius quam innata infelicitas mea pateretur. Quam igitur inde quoque recessissem, Bononiae annum ferme moratus, Florentiam veni et triennio post, Chomamam sequens curiam, vi verum pulsus, anno Domini 1452, a papa Nicolao quinto, ad cuius honorem Matthaeum Chrysostomi, Evangelicam Eusebii docteam, Ioannem Cyrelli, libros Aristotelis de animalibus, Leges Platonis, Ptolemaei Magnam Compositionem, quae vulgo

Almagestus appellatur, Athanasium et Basilium, Nazianzeni Gregorii, multaque praeter haec minuta volumina e graeco in latinum traduximus. Exacti Rhoma sumus, quia non patiebamur tot tantaque volumina, summo labore nobis edita, partim in Poetum Florentinum, partim in Iacobum Cremonensem transferri. Quam indignissimam rem atque inauditam non auderemus dicere, nisi eam aperte ostenderat schedulae manu Iacobi Cremonensis conscriptae et in commentariis nostris, iussu ipsius Nicolai quinti, adfixae, mihi que turpiter ab eo missae. Quod cur faceret inde patet quod cum per epistolam, quae extat, a me sibi fuerat supplicatum ut nollet labores meos in alios transferre, velletque a me vexatione, quam acerba huius rei memoria faciebat, liberare, respondit obediendum esse mihi; aliter, faceret ut nullius rei possem in posterum recordari. Quod oraculum per episcopum edidit Perusinum. Haec siue ipse per se cogitans, siue per alium suggesta sibi fuerint, nescia. His minis et maxime carcere atque vinculis, quibus me afflixit, perterritus, illico Neapolim versus abiit: ubi Alfonsus, rex Aragonum et utriusque Siciliae inclitus, tam verbis quam rebus humanissime (quod immatum sibi est) me suscepit. —